Sedeo autem in domibus, dolores autem me semper
Enecant noctesque & dies lachrymantem.
Nunc autem teneor detrimẽto & doloribus, multa enim tuli.
Volo semel ad undam hians animum deperdere,
Quam diutius deficere dolore sublatus graui,
Sed miserere rex, supplex autem tibi dico esse,
Audi rex, bonus mihi auxiliator ueni pedum.
Non enim maior gloria uiri fuerit,
Quam, quam pedibusque fecerit & manibus suis,
Sic fatus est, hunc autem audiuit magnus deus rogantem
Curata est manus, dolores autem mitigati sunt graues
Genua autem roborata sunt, pedes autem citi mouebantur
Sic autem ille celeres pedes & manus mouebat,
Vt cum quis stans equus recedens a præsepio,
Ruit per campum pedibus pernicibus uolare.

De Cæco.

Alius uero rursus inops uir excæcatus profectus
Stabat, magnum luctum in pectoribus augens,
Atqꝫ ex oculis ei fusa est nebula, neque rursus sustinuit
Qui tantum clamabat quantum alii quinquaginta

I ntrinsecus e corde, contremiscebant autem ei mentes intus,
A mbabus autem manibus eruens cepit genua,
P recatus, necessitas enim aduenerat nō amplius ferenda.
A tque lugens uerba alata allocutus est,
S i quidem deus es, deique audiuisti uocem,
A udi nunc & me, maxime enim dolor accedit,
O rex, non enim scio ubi tenebræ, neque ubi aurora,
N eque ubi sol illustrans homines it sub terram,
N eque cum uenit ad cœlum sydereum,
N eque quando retro ad terram a cœlo uertatur,
F acito autem serenitatem, da uero oculis aspicere
S olemque indefessum, lunamque plenam
T erram deueni, sed semper habens erro dolorem.
N eque mihi acutissime capitis uident oculi
I pse autem si uolueris medebere, nec quisq̄ alius.
S i autem redibo & aspiciam oculis
P atriam meam, uxoremque, & excelsam ualde domum,
Quando nil dulcius sua patria, atque parentibus
F it, si quidem quis longe pinguem domum
T erra in aliena habitet seorsum a parentibus.
S ed o rex miserere, te enim mala multa passus,
A d primum ueni, aliorum autem neminem noui
H ominum, qui hanc urbem & terram habent.
T uosq; pedes, tuaq; genua aduenio, multa laborans
V t & me miserum in meam imittas patriam,
Quamuis multa passum, uidentem me & linquat æuum.
Qua propter tua genua aduenio, si uolueris
I psum me uiuere, & uidere lucem solis.
S ic fatus est, huius autem animum in pectoribus cōmouit
H unc autem rursus allocutus est a deo auditus deiformis,
O amice, quoniam tot dixisti, quot prudens uir,
Quoniam facundus que es & solers, & prudens,
N eq; aliquod adhuc pter decorum uerbum illucrosum dixisti
C ognosco autem & ipse, quod prudens mentibus uenis,
C onfide, neq; nimis quid in mentibus time nimium,
C onfide. mihi autem hæc curæ erunt, ut perficiam.

I am enim mihi animus impellitur, ut adiuuem.
C ognoueris autem qualis mea uis, & manus sequebantur
S ed si iam uis, & uere prædicas,
S pes tibi deinceps amicosq; uidere, & accedere
D omum bene structam, & suam in patriam terram.
Quare te nec possum relinquere infelicem existentem,
Quoniam facundusq; es, & solers, & prudens.
S pera igitur postea malorum effugium futurum
E x me, ut aliquis te occurrens beet.
V idebis si uolueris & si tibi hæc curæ fuerint
O culis tuis quæque desyderas omnes dies.
T olera, neq; ineuitabile lugeas tuo in animo
Quippe te diligenter remittam, ut eas
G audens confestim, & si longe procul es
A patria tua, & domo, & sicubi tibi carum fuerit.
N e mihi confundas animum lugens, & mœstus.
S tatim postea simul uerbum fuit, perfectumq; opus.
S tatim uero aerem quidem dissipauit, & expulit nubem.
Nebulam autem ab oculis rursus tulit quæ prius inerat
D iuinam, hic uero postea magnopere inspexit oculis
T erram infinitam, montiumq; excelsa capita
V ndiq; respiciens, ut aquila, quam quidem aiunt
A cutissime aspicere cœlestium uolucrum.
Hunc uero rursus allocutus est a deo auditus deiformis.
Nunc autem abi ad domum, & contine, neq; nomines,
Neq; cuipiam edixeris, neque uirorum neque mulierum.
Quippe hic quidem gaudens accessit ad patriam terram,
E t osculabatur attingens suam patriam, multæ autem ab ipso
L achrymæ calidæ fundebantur, quoniam cupide uidit terram.
O bstupuerunt autem omnes inter se mutuo aspicientes,
A lii uero toto die cantu deum placabant
I n magno adyto, medebanturque, glorificabantque

De Dæmoniaco.

S ed alius quis mendicus uir errabundus profectus,
V inculo in difficili deuinctus erat acres dolores patiens.
V eniebat autem lõgum incedens, uox autẽ eius cœlo ibat

S tans autem interdum qdem apud foueã effossam murũ extra,
I nterdum uero in littoribus pstrepentibus longũ clamabat.
V el hic per campum carẽtem frugibus solus errabat
S uum animum deuorans, uiam hominum fugiens,
D iu colliquatus, odiosus autem ei irruerat dæmon.
S pumatio autem circa os fiebat, oculi autem ei
G raue sub superciliis uelut lumen apparuere.
I ubæ autem fluebant cum spiritu uenti,
Semper autem difficili tenebatur anhelitu, & ipsi sudor
V ndiq; e mẽbris multus fluebat, neq; ullo modo habebat
R espirare, ubiq; autem malum malo innixum erat.
H ũc calamitas mẽtes cæpit, soluta aũt sunt splendida mẽbra,
C ecidit autem retro, animum autem expirauit.
D ecidit autem in pulueribus fessus, cõ mutauit autẽ dentes
C alcitrãs pedibus terram, uerum proci uenerandi
M anus tollentes, magnopere precabantur singuli.
P rope autem suesque & uiri uenere subulci,
C langor autẽ ingens cõmotus est suum stabulantium,
S ed & sic, A ctores ducebant seruantes necessitate
Timentem, carnes autem circumtremebant membris.
H unc uidens miseratus est deus, atque ipsum est alloquutus,
Quis unde es uirorum? qui me ausus es coram uenire?
I nfelicium aut filii meo robori occurrunt,
O infelix prope accede, quid times adeo?
O infelix, occidet te tuus robur, neque misereris
V irum senem dolore excreatum, quæ ipsum accedit,
E t ualde uexatum, & in mentibus luctum habentem.
V t sane & tuum ego soluam robur, si & me contra
S teteris, sed te ego recedentem iubeo
I n multitudinem ire, neque e regione stes mei.
M itto autem ubi te cor, animusque iubet.
S ic utique fatus est, hi aũt loquebantur uocantes,
E amus ut iussisti per multitudinem suum
S tatim deinde simul uerbum erat, perfectumq; fuerat opus
F acile, multi autem sues uirentes adipe,
E dentes glandem ualentem, & nigram aquam

Bibentes, quæq; suibus nutriunt germinantē pinguedinem,
Vndis inserebantur, deus autem abstulit reditum.
Irruerūt autem magno strepitu, efferbuerūt autē celsa fluenta.
Ripæ autem circum magnum sonarunt, hi autem fremitu
Natabant, hinc & inde uoluti per uortigines.
Atque a saxis uiri pondere manum complentibus
Feriebant, statim autem malus strepitus subulcis cōmotus est,
Porcisque pereuntibus, gregibusque dissipatis.
Deterriti autem sunt alio alii ad littora eminentia.
Sic hi hos perdebant portum profundum intra.
Gratum autem hunc deus a calamitate soluit.
Sed cum iam respirauit & in mentem animus collectus est,
Et ipsum allocutus, uerba alata effatus est.
Salue mihi quod me sedasti ab errore & molestia graui.
Errore autem non est deterius aliud mortalibus,
Sed gratia pernitiosi uentris malos dolores habent
Viri quos uenerit error, & calamitas & dolor.
Atque duxerunt in urbem insperantes saluum esse,
Obstupuere autem omnes, inter se autem mutuo aspexere.
Hi uero muti effecti sunt in domo uirum uidentes
Sic aut quis dicebat respiciens in propinquum alium.
O quam hic omnibus amicus & honoratus est,
Qui hunc insalientem errare cessauit,
Qui offensorem uerba fundentem tenuit loquens.
Hunc insanum constructum malum aliud ad aliud
Atque ebrium, in modestiam induxit.
O quam hunc uirum deus a calamitate soluit.
Sic omnibus deus gratiosa dat
Viris neq; forma, neque mentibus, neque locutione,
Sic hi quidem talia inter se loquebantur.

De muliere sanguine fluente.

Erat autem patris sui mulier Phœnissa in domo
Pulchraque, magnaque, & splendida opera sciens,
Lucraq; qualia nondum aliqua audimus neq; ueterum,
Nimium enim prudensq;, & bene mentibus consilia nouit,
Quæ noctesque, & dies frequenter semper,

A nimum expirans, ueluti uermis in terra
I acebat extẽsa, sãguinẽ ãt nigrũ effluebat, madefaciebat ãt terrã,
I nterrogabat autem postea quis esset, & unde ueniret,
S ed cum iam cognoscebat dei filium prope existentem,
C onfestim uero postea post uestigia uenit dei.
L achrymas autem eiecit calidas, uerbũ aũt lugubre dixit,
A udi nunc & me, maxime enim dolor accedit,
N ondum enim occlusi sunt oculi in palpebris meis,
S ed semper lugeo, & dolores infinitos digero.
P erfice nunc & mihi miseræ uerbum quod dixero,
V lcus enim habeo hoc ualidum, neque mihi sanguis
S iccatur, sed longe celeriter distillans strepit.
M ultis autem ego irata hoc uenio
V iris atque mulieribus per terram uiros alentem,
V t me debuisset die illo cum me primum genuit mater
I n montem aut in fluctum multisonantis maris
A bire ferens mala uenti procella
V bi me unda suffocauit ante has res fieri.
V lcus autem medicus abstergit, atque ponit
M edicamenta, quæ cessent a nigris doloribus
S æpe in domibus sedens nostris.
I nterdum quidem luctu mentẽ delector, interdum uero rursus
D esino, cita autem satietas frigidi luctus.
S ed tu mihi Rex hoc ualidum ulcus medere
F ac quod uis, supplex autem tibi affirmo esse,
V t te Rex admirorque & obstupui, timeoq; grauiter
G enua attingere, difficilis autem me luctus accedit,
I psi autem nondum uidebatur aduersa, uerebatur enim.
M anu autem nectaream uestem quatiebat capiens,
S tatim sopiit dolores, ab ulcere autem molesto
S anguinem nigrum siccauit, robur autem ei iniecit animo.
V erum hic nouit suis in mentibus, loquutusque est.
P rofecto & mihi hæc oĩa curæ sunt mulier, sed ualde grauiter
C onfide, neq; tibi ullo pacto mors iucunda sit,
S ic nunc & ego intelligo mulier ut tu uideris.
I n animo uetula gaude, & contine te, neque plores

Sed in domum profecta, tui ipsius res fer,
Telamque columque, & ancillis manda,
Vt antea, diuitiæ autem & pax satis sint.
Illa uero nouit suis in mentibus, gauisaque est,
Quod eam cito audiuit magnus deus orantem.
Hæc cum iam patris inclyta domicilia aduenit,
Iussit ancillas bene comantes in domo,
Atque in excelsum cubiculum iuit diua mulierum.
Atque telam texebat in penetrali domus celsæ,
Tunicam purpuream. intus uero sedes uarias inspergebat,
Atque rursus ancillis bene comantibus inquit,
Agite duæ me sequimini, uideam quæ res factæ sunt.

De Samaritide.

Cum autem sol medium cœlum obierat,
Et tunc iam euntes uiam asperam,
Vrbem prope erant, ad fontemque profecti sunt,
Structum pulchrifluum, unde aquabantur ciues,
Circum autem populorum quiuæ aquis aluntur erat nemus
Vndique rotundum, frigida autem defluebat aqua.
Puellæ autem occurrit ante urbem aquanti,
Hæc quidem in fontem descenderat pulchrifluum.
Attacium, inde enim aqua ad urbem ferebat,
Vbi consedit profectus, hanc interrogauit omnia,
Blandis autem uerbis attingens alloquutus est,
Quidnam adeo uiro separaris? neque apud ipsum
Sedens uerbis interrogas atque exquiris?
Atque aliam odi, quæ quidem talia agat,
Quæque sine amicis patris & matris existentibus.
Viris imisceatur, priusquam apertas nuptias adeat
Non equidem alia hoc modo mulier toleranti animo
Viro recedat, qui mala multa laborauit,
Tibi autem semper cor solidius est lapide.
Hæc uero neque negabat odiosas nuptias, neq; pficit
Sic inquit uerebatur enim uirescentes nuptias edicere
Viro amico, ille uero omnia intelligebat, & respondit uerbo,
Vrbemq; mihi ostende, da mihiq; aquam saturari.

Hæc autem muta diu sedit, stupor autem ei cor inuasit
A spectu autem interdum quidem illum in faciem aspiciebat,
H unc uero rursus allocuta est mulier, & respondit uerbo
I n terra figens capite, reuerebatur enim illum,
H ospes, quoniam animus mihi in pectoribus obstupuit,
N eque aliquod loqui possum uerbum, neq; interrogare,
N eq; in faciem aspicere contra, pudore afficior enim.
F acile cognouisti, quoniam neq; cætera es ignarus,
H æc autem quæ me interrogas, & rogas nequaq̃ ego
A lia edicerem falso, neque decipiam.
H orum nullum ego cælabo uerbum, neq; occultabo,
O mnem ueritatem dicam, ut me iubes.
V rbem aũt tibi ostendã, dicam autem tibi nomen populo℞.
E o ut adhorter socios, dicamq; singula.
A bi, parem enim te deo honorabunt omnes
H ospes, quoniam non ingrata nobiscum hæc dicis,
S ed uis uirtutem tuam ostendere, quæ te sequitur.
H ospes, quoniam nostramq; urbem & terram aduenis,
N eque igitur cibo indigebis, neque potione,
V bi uiri habitant multa habentes pecora & multos boues,
Qui quidem te muneribus ut deum honorabunt.
I lle autem rursus supra animum aio beatissimus supra cæteros
Qui te donis onerans domum duxerit.
H ospes, quippe hoc quidem faustum non intellexi.
S ed age mihi hoc dic & uere enumera
H ospes, qm̃ neque malo, neq; insipienti uiro similis es,
E t mihi hoc edissere uerum, ut bene nouerim.
Quis? unde is uirorum, ubi tibi urbs, atq; parentes.?
T er beati quidem tibi pater & ueneranda mater.
D ic nomen, quod te illic uocabant materq; paterque,
A liique in urbe, & qui circum habitabant,
N on enim e quercu es antiqua, neque e saxo.
N ullus enim omnino sine nomine est hominum,
N on malus, neq; etiam bonus, postq̃ primũ genitus fuerit
S ed in omnibus ponunt postq̃ pepererit parentes.
D ic uero mihi terramq; tuam, populumq; urbemq;,

Dic uero mihi sicubi nouerit talem existentem,
Nondum enim talem uidi mortalem oculis,
Neq; uirum, neq; mulierem, reuerentia me habet inspicientē.
Salue hospes, ut & olim existens in patria terra
Memineris mei, quod mihi primæ uitæ præmia debes
Ob quæ tibi & illic ut Deo uota facerem
Semper dies omnes, tu enim me uiolasti puellam.
O hospes, egregie quippe te mortalium laudo omnium.
Pudorem & beneuolentiam tuam post seruo
O hospes, profecto bonum est, & iuxta dona dare
Abeo ut confirmem socios, dicamque singula,
Sic igitur locuta, abscessit, illum uero liquit ibi.
Hæc uero iuit non nimium in multum tēpus, statim enī uenit.
Verum postq̄ urbem iniit, circa quam turris
Excelsa, pulcher autem portus ex utraque parte urbis,
Obstupuit animo, existimauit enim deum esse,
Statim & omnibus dixit hominibus,
Huc age sicemorum ductores ac rectores
In contionem proficisci, ut hospitem audiatis,
Qui mihi uitam dixit & actiones, & mentem ipsam
Veluti certe aut ipse præsens, aut ab alio audiens.
Quid primum, quid postea, quid postremum enumerabo?
Medicus autem unicuique gnarus de omnibus
Hominibus, quippe enim pœonis est prolis.
Hospes longe mihi uidetur prudens esse.
Verum ego huic, omnia secundum decorum enumeraui,
Quæcūq; feciq; passaq; sum, & quot ego toleraui uita
Quod mihi in domibus malūque bonūque effectum est.
Ipsum autem non manifeste noui unde genus asserit esse.
Nunc uero equidem melius est inuestigare, & inrerrogare
Vnde hic uir, qua asserit esse
Ex terra, ubi autem ei generatio & patrium aruum,
Non est hic uir humidus mortalis, neque fuerit,
Non enim ullo modo mortalis uir hæc faceret
Sua ipsius mente, cum uero deus ipse accedens
Facile uolens poneret iuuenem atque senem

Quare mihi imortalis quidem uidetur aspici
A lium autem se ipsum homini occultans assimilabat
S ed uidete & uos assurrectim, non enim ego
B ene dignosco, uidetur autem mihi esse uir.
S ic locuta, compulit robur, & animum cuiusque.
C onfestim aût repleta sunt mortalibus foraq; & tribunalia
C ollectorum, multi autem admirati sunt uidentes,
M anibusque complectebantur, & sedere iubebant
P auimento in lapideo, hi autem ut uidere oculis,
O mnes ruerunt, uocabantque illum ad se singuli
C omplexi amore ueluti dei filium existentem.
C ompletæ autem sunt porticus, & septa & domus uiris.

De Septem panibus.

S ed cum iam illic multum per turbam sequens,
V enit p uiam promptus, hûc autẽ aĩaduertit accedentem
T urba, quemadmodum cum fauonius nubes agitarit
Quot optimatum uxores erant, atque filiæ,
Sponsæque, iuuenesque, multaque passi senes,
C laudique, rugosique, strabique oculis,
S ed nondum talem, tantumque populum uidi.
N imium enim foliis similes, aut arenis,
L itus ante profundum proficiscebantur
S trepitu, ut cum unda striduli maris
L itori magno fremit, resonat autem pontus.
N eq; uero omnium erat similis sonitus, neque una uox,
S ed lingua comixta erat, multi uero uocati erant uiri.
A liorum autem quis suis mentibus nomina dixerit?
S ic igitur horũ sub pedibus ualde ingemiscebat terra
I ncendentium. ualde autem celeriter pertransibant campum,
C eu gentes erunt apium densarum
S axo ex cauo semper recenter uenientium,
Racematimque uolant per flores uernos,
A liæ quidem hinc satis uolarunt, aliæ uero inde.
S ic horum gentes multæ a nauibus, & tentoriis
A nte litus profundum gradiebantur.
T unc iam deinde socios commouens iussit

Vestrum uiro singulo cupiens hæc dico,
Vt & honorem magnum, & gloriam tollatis.
Honorem, qui aliorum inflectit mentem bonorum.
Multi igitur hospites miseri huc uenerunt,
Et ualde uexati. necessitas enim urget,
Quos nunc oportet alere. a deo enim sunt omnes
Externiq; pauperesq;. datio enim parua, caraq;,
Non enim quicq̃ certe est miserius uiro
Omnium, quæcunq; super terram inspirant, & serpunt,
Non enim unq̃ ait malum passurum retro,
Dum uirtutem præbuerit deus, & genua agitentur.
Sed cum iam & perniciosa deus beatus peregerit,
Et hæc fert inuitus toleranti animo.
Talis enim mens est terrestrium hominum,
Qualem in diem duxerit deus omnibus imperans.
Omnes quidem odiosæ mortes miseris mortalibus,
Famæ autem miserrimum mori, & mortem insequi.
Nihil imbecillius terra nutrit homine.
Statim enim in malo mortales consenescunt.
Qualis foliorum generatio, talis & uirorum.
Oportet hospitem præsentem amare, uolentem aũt mittere,
Huius enim hospes meminit dies omnes.
Viri hospitis, qui beneuolentiam præbuerit
Par quippe malum est, qui non uolentem abire
Hospitem impellit, & qui festinantem cohibet.
Sed agite, ut ego dixero pareamus omnes
Partes diuidentes. uescimini glorioso epulo
Populo & tunc occurrerint huc profecti
Maior gloria fuerit mea, & pulchrior sic,
Sic fatus est. hi uero utiq; hunc audierunt, atq; paruerunt.
Confestim autem repletæ sunt mortalibus cõtiones, & sedes.
Mota autem est contio, ut undæ longæ maris,
Studio autem sedit populus, comprehenderintq; sedes.
Nouem autẽ sedes erant, quingenti uero in singula
Tunc iam deinde socios commouens iussit.
Panemq; salubrem accipiens pulchro ex canistro.

Orabat,hi uero simul omnes illic sedebant silentio,
Verum deinde aliis dabat gratam retributionem.
Populi autem orarunt deum,atq; manus substulerunt,
Verũ posteaq̃ oblectati sunt uidentes oculis,
manus abluentes struebant gloriosum epulum.
Hi uero in cibos paratos propositos manus immitebant.
Festinanter uero cœnam aptantes singuli
Epulabantur,neq; quicq̃ animus indigebat epulo pari,
Verum postq̃ delectati sunt cibo,& potu,
Raptim,diu enim cibi fuerant ieiuni
Hi quidem dormiturientes abiere in tentorium singuli
In mundo,ubi fluctus in littora inundabant.
Hi uero tota die cantu deum placabant,
Cum uero sol occidit,& tenebræ accesserunt,
Tunc iam cubarunt oblectati carum animum
Cibo,& uino·id enim uis est,& robur.

De Lazaro.

Sic hic quidem huc descendit festinans uia.
Cum autem sol splendens superstitit terræ.
Magnũ & hoc fecit,& ausus est fortis uir.
Virum mortalem existentem,in infernum q; profectum,
In infernum licet profectum bene clausum,fortem.
Rursus suscitauit ab obscuritate aerosa.
Iam tunc enim quædã dixit mulierum quæ aperte norat
Misere lamentans,mollem lachrymam effundens,
Audies nuntium,qui non debuit esse,
Molestum nuntium,q; tibi carus periit socius,
Molestum,qui mihi semper in pectoribus carum animum
Torquet,quoniam me maxime pstrinxit luctus ineuitabilis.
Etenim meus periit frater nequaq̃ pessimus,
Quartus dies erat,& huic perfecta erant omnia,
Tumulusq; columnaq;·i d.n·præmium est mortuorum
Sed si tibi amicus est,tuus aũt luget animus,
Sed tu quidem excita hunc,properet autem & ipse
Viuus esse,nunc rursursmors,& parca adit,
Nunc miserere rex,supplex autem tibi dico esse.

Sic fata ululauit deus autem eius audiuit preces
Sic fatus est. hunc aũt dolor acutus ĩ mente uerberauit ꝓfunda,
Et ipsam cum uocasset, uerba uolantia dicebat
O mulier certe ualde hoc uerbum molestum dixisti
O mulier non equidem hæc cupienti detrestabo.
Bonum manus deo extendere si misereatur
Confide, ne tibi hæc in mentibus tuis curæ sint.
Iam enim mihi animus cõmotus est, ut auxilier,
Facile talis tibi ego auxiliator fui.
Fortunata mihi, ne nimium mœren animo
Confide, nec tibi mors iucunda sit,
Sic enim edicam. hoc autem & perfectum erit.
Si aũt mortuorum obliuiscuntur in inferno,
Verum ego & illic cari reminiscar socii.
Retro uolo morte male strepenti soluere,
Et me uero animus iussit, quoniã didici esse bonus,
Ne, amplius nunc ingentem luctum moueas, noui & ipse,
Sed abstine a luctu, ploratuq; lachrymoso.
Certe.n. ipsam postea & a morte liberabo
Sic dixit. huius aũt excitauit luctũ abstinuit aũt oculos a luctu
Sic igitur locutus præcessit, hi autem simul sequebantur
Infiniti. quot folia, & flores fiunt uere,
Sed cum iam mediam contionẽ multiloquam uenerunt,
Iuerunt quidem in speluncam cauã deus, atq; uir.
Stantes autem interrogabant in spelunca quid ageret.
Plorauit que, deinde carum uero appellauit socium.
Stetit autem supra caput, & ipsum uerbo allocutus est.
Surge, nec amplius iace reuerentia aũt habuit aspiciẽtes
Tibi uero ipsi hoc ego mando, & iubeo.
Sic fatus est, ille autem e somno ualde celeriter prorupit
Sic quidem deinde retulit, & duxit ex inferno
Locutus, hunc autem ꝗ primũ ĩ mentibus accessit uox
Rursus autem pullatus effestus ẽ, maxillæq; distentæ sunt,
Nigræ autem euasere comæ circa mentum.
Verum postq̃ respirauit, & in mentem animus collectus est,
Erupit, ꝓsiliens, & sup gressus est lapideum pauimentum.

Stetit autem in mediis stupefactio autẽ accepit uirũ singulũ
S tatim autem hic postea inuestigia ibat dei,
O mnes uero tremor grauis subiit membra uniuscuiusq;,
Vt uiderunt uiuũq;,& integrum accedentem,
S ic autem qdã dixit,respiciens in propinquum alium
P apæ profecto magnum miraculum hoc oculis uideo
N on dum enim uidi,neq; audiui dicentem
I mmortalem deum sic mortales amare coram
E t nunc seruauit existimantem interiturum esse.
N on.n.ullo modo mortalis uir hæc moliretur.
Vt hic rursus denuo surrexit mortem aufugiens
T imens cum audiuit dei uocem loquentis
O amici non dũ quidẽ antea tale effectum est,
Qualem delectationem deus duxit in hoc domicilium
E t tunc igitur uniuersum diem ad solem occidentem
O mnes simul collecti,& iuuenes & senes
M anus tendentes magnopere orabant singuli.

De ea quæ unguento un/
xit dominum.

Verum postq̃ adiit domos bene habitatas
Confestim super limen iuit domum intra
P rofecti autem consedebant in politis lapidibus,
Qui ipsi gloriosissimi,& amicissimi erant sociorum.
E t mulier contra uenit apud stabulum domus
C ontra genas habens nitida reticula,
E t ante ipsum sedit,& cepit genua.
G enibus flexis sedens,madebant uero lachrymis sinus.
E t ei genua osculata est,& cepit manibus pedes,
R ogabat lugens,& ipsi dixit omnia,
F udit autem aureo ex gutto humidum oleum.
I psius supra caput,& abstersit manibus.
M inistri uero omnes superbe admirati sunt,
A t ipse cognouit suis in mentibus,dixitque
H uic non inuiderem pedes attingere meos.
O mulier nullus te mortalium in immensa terra
A ltercabit quippe.n.tua gloria cœlum latum adit.

κήρυκες θεοφόροι γεγονότες οἱ μάγοι, ὑπέστρεψαν εἰς τὴν βαβυλῶνα, ἐκτελέσαντές σου τὸν χρησμόν, καὶ κηρύξαντές σε τὸν χριστὸν ἅπασιν, ἀφέντες τὸν ἡρώδην ὡς ληρώδην, μὴ εἰδότα ψάλλειν, ἀλληλούϊα.

λάμψασα ἐν τῇ αἰγύπτῳ φωτισμὸν ἀληθείας, ἐδίωξας τοῦ ψεύδους τὸ σκότος. τὰ γὰρ εἴδωλα ταύτης σωτὴρ, μὴ ἐνεγκόντα σου τὴν ἰσχὺν, πέπτωκεν. οἱ τούτων δὲ ῥυσθέντες, νῦν βοῶσι πρὸς τὴν θεοτόκον, χαῖρε ἀνόρθωσις τῶν ἀνθρώπων, χαῖρε κατάπτωσις τῶν δαιμόνων. χαῖρε ἡ τῆς πλάνης τὸ κράτος πατήσασα, χαῖρε τῶν εἰδώλων τὸν δόλον ἐλέγξασα. χαῖρε θάλασσα ποντίσασα φαραὼ τὸν νοητὸν, χαῖρε πέτρα ἡ ποτίσασα τοὺς διψῶντας τὴν ζωήν. χαῖρε πύρινε στύλε ὁδηγῶν τοὺς ἐν σκότει, χαῖρε σκέπη τοῦ κόσμου πλατυτέρα νεφέλης. χαῖρε τροφὴ τοῦ μάννα διάδοχε, χαῖρε τρυφῆς ἁγίας διάκονε. χαῖρε ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας, χαῖρε ἐξ ἧς ῥέει μέλι, καὶ γάλα. χαῖρε νύμφη ἀνύμφευτε.

μέλλοντος συμεῶνος τοῦ παρόντος αἰῶνος μεθίστασθαι τοῦ ἀπατεῶνος, ἐπεδόθης ὡς βρέφος αὐτῷ, ἀλλ' ἐγνώσθης τούτῳ καὶ θεὸς τέλειος. διόπερ ἐξεπλάγη σου τὴν ἄρρητον σοφίαν, κράζων, ἀλληλούϊα.

νέαν ἔδειξε κτίσιν ἐμφανίσας ὁ κτίστης ἡμῖν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γενομένοις, ἐξ ἀσπόρου βλαστήσας γαστρὸς, καὶ φυλάξας ταύτην ὥσπερ ἦν ἄφθορον, ἵνα τὸ θαῦμα βλέποντες, ὑμνήσωμεν αὐτὴν βοῶντες, χαῖρε τὸ ἄνθος τῆς ἀφθαρσίας, χαῖρε τὸ στέφος τῆς ἐγκρατείας, χαῖρε ἀναστάσεως τύπον ἐκλάμπουσα, χαῖρε τῶν ἀγγέλων τὸν βίον ἐμφαίνουσα. χαῖρε δένδρον ἀγλαόκαρπον, ἐξ οὗ τρέφονται πιστοὶ, χαῖρε ξύλον εὐσκιόφυλλον ὑφ' οὗ σκέπονται πολλοί. χαῖρε κυοφοροῦσα ὁδηγὸν πλανωμένοις, χαῖρε ἀπογεννῶσα λυτρωτὴν αἰχμαλώτοις. χαῖρε κριτοῦ δικαίου δυσώπησις, χαῖρε πολλῶν πταιόντων συγχώρησις. χαῖρε στολὴ τῶν γυμνῶν παρρησίας, χαῖρε στοργὴ πάντα πόθον νικῶσα. χαῖρε νύμφη ἀνύμφευτε.

ξένον τόκον ἰδόντες, ξενωθῶμεν τοῦ κόσμου, τὸν νοῦν εἰς οὐρανὸν μεταθέντες. διὰ τοῦτο γὰρ ὁ ὑψηλὸς, ἐπὶ γῆς ἐφάνη ταπεινὸς ἄνθρωπος, βουλόμενος ἑλκύσαι πρὸς ὕψος τοὺς αὐτῷ βοῶντας, ἀλληλούϊα.

ὅλος ἦν ἐν τοῖς κάτω, καὶ τῶν ἄνω οὐδ' ὅλως ἀπῆν, ὁ ἀπερίγραπτος λόγος. συγκατάβασις γὰρ θεϊκὴ, οὐ μετάβασις δὲ τοπικὴ γέγονε. καὶ τόκος ἐκ παρθένου θεολήπτου ἀκουούσης ταῦτα, χαῖρε θεοῦ ἀχωρήτου χώρα, χαῖρε σεπτοῦ μυστηρίου θύρα. χαῖρε τῶν ἀπί-

στων

ζήτει τὸ λοιπὸν ἐν τῷ μέσῳ τοῦ ἐφεξῆς τετραδίου.

Nuntii a deo ducti facti sunt magi, cõuersi sunt in Babylonẽ cum pfecissent tuum oraculum, & nuntiassent te christũ omnibus & dereliquissẽt herodem illusum nescientẽ cãtare alleluia.

Cũ illustrasses ĩ ægypto illũinationẽ ueritatis expulisti mẽdacii tenebras. Nam Idola huius saluator non ferentia tuam fortitudinẽ, ceciderũt. ex his aũt liberati nunc clamãt ad deiperã Aue correctio hominum, Aue depressio dæmonum, Aue deceptionis robur conculcans, Aue idolorum dolum arguens, Aue mare summergens Pharaonẽ stolidũ, Aue petra potũ præbens sitientibus uitam, Aue ignea colũna ducens eos qui in tenebris, Aue tegmen mundi latius nebula, Aue cibe mãnæ susceptiue, Aue deliciarũ sanctaꝝ ministra, Aue terra annuntiationis. Aue a qua fluit mel & lac, Aue sponsa innupta.

Migraturo. Simeone a præsenti seculo deceptore, traditus es quasi infans ei, sed cognitus fuisti ei deus perfectus, Ideo obstupuit tuã ineffabilẽ sapientiã clamans, Alleluia.

Nouã ostẽdit ædificationẽ demõstrãs cõditor nobis ab eo factis ex insemine germinans uentre, & seruans ipsam, ut erat, incorruptã, ut miraculũ uidentes, laudemus ipsam clamãtes, Aue flos incorruptionis, Aue corona continentiæ, Aue resurrectionis formam illustrans, Aue angeloꝝ uitam demonstrãs, Aue arbor splẽdidi fruct⁹ ex quo nutriũtᷣ fideles, aue lignũ bonæ ũbræ foliorũ, sub quo teguntᷣ multi, Aue q̃ pepisti ducẽ errantibus, Aue quæ genuisti redẽptorẽ captiuis, Aue iudicis iusti placatio, Aue multorum errantium uenia, Aue dilectio omne desyderium uincens, Aue sponsa innupta.

Admirabilẽ partũ intuiti pegre eamus a mũdo, mẽte ĩ cœlũ transposita. ꝑpterea igitur excelsus in terra apparuit humilis homo uolens trahere ad celsitudinem sibi clamantes alleluia.

Totus erat in ĩferioribus, & a supiorib⁹ nõ penitus aberat. ĩ cõscriptibile uerbũ. descensus. n. diuinus nõ trãsmutatio ãt localis facta est. & partus ex uirgine deicipia audiente hæc, Aue dei ĩcõphẽsibilis regio, Aue uenerãdi mysterii ianua, Aue ĩfidelium

Quære reliquum in medio sequentis quaternionis.

Veluti cuiusdam aut regis inculpabilis, quiq; deiformis
Viros inter multos, & fortes regnans
Iura sustineat, ferat autem terra nigra,
Hoc autem ego promptus accipio, gaudet autem mihi animus
Vt mei semper meministi mitis, neq; te lateo.
Confide mihi, quoniam nequaq̃ sine deo hoc consilium.
Tibi uero deus pro hoc gratiam iucundam det,
Et ipsam honorauit ut nulla in terra honoratur alia.
Facile autem dei, qui cœlum latum habitat.
Et glorificare mortalem hominem, & lædere.

De proditione.

Erat autem quidam inter ministros uir infanda sciens
Semper in pectoribus mentem astutam uersans,
Qui magnum opus fecit malitiis prauis
Miser, neq; dei animaduersionem ueritus est, neq; mensam,
Quam & ipsi apposuit. Deinde interemit & ipsum
Sed cogitabat expectans quid audacissimum faciet,
Atq; mutus mouit caput mala uersans animo
Miser grauia operans, qui non curabat infanda faciens,
Qui aurum carum uiri accepit honorati.
Mouens autem caput suo dixit animo,
Pro deum, ut hic omnibus amicus & honorabilis est
Hominibus, quorum urbem, & terram adierit.
Viros iuter multos, & fortes imperans.
Quippe ipsum interimo si præstantior quidem euadam.
Sed hic.n.neq; deũ magnum uerebatur, ibat autem semper
Antiquissimum & optimum contemptui tradere,
Quare & pernicie indecentem mortem insecutus est
Infans, neq; sibi tunc repulit malum exitium.

De mysterio.

Verum hic diligens sociorum duodecim optimos
Vt ipsi uoluntarii diuinum subeant certamen,
Statuit secernens. robustum aũt uerbum imperauit
Significans. ipse autem uehementer dominans imperabat
Hi uero sortiebantur quo & uolebat ipse capere.
Hi enim ei uisi sunt egregie esse optimi

Hi enim inclyti quidem mortalium in infinitam terram
Aliorum post ipsum. hic uero nitebat & per omnes
Verum postq̄ congregati sunt, collectiq; effecti sunt
Hic ipsi domus erat, circū autem stabulū currebat undiq;
Agitabat mentibus suis, quę non imperfecta euaserunt
Neq; adhuc diu sedit. cogitauit autem contionari.
Et quoddam uerbum emisit, quod arcanum melius.
Audite nunc me. maxime enim dolor accedit
Animum meum, sentio autem decerni iam
Consilium autem in uobis dicam omnibus amicis
O amici, non enim oportet unum scire neq; duos solos
Iam enim mihi animus desiderat domum ire
Cœlum in ualde æneum, ut imortalibus intersim
Sed uos ite, & nuntium renuntiate
Viris atq; mulieribus in terram multorum altricem.
Et ualde cruciati licet. necessitas enim urget,
Inimicus mihi ille æque inferni portis
Qui aliud quidem tegit in mentibus, aliud autem dixerit
Stultus autem ille quidem & nihil existit uir
Vestrum autem uiro unicuiq; præcipiens hæc dico
Iracundiam quidem proiicere, beneuolentiam aūt capere.
Vt mihi honorem magnum, & gloriam tollatis,
Quæ & futuris in hominibus existat.
Hoc quidam mihi optimum in mentibus uidetur esse
Omnia ualde uere dicere ut mando,
Bonum & hoc est, cum nuntius decentia nouerit.
Vtinam autem sic hoc omnibus carum & iucundum fiat.
Testes erunt & spectatores compagum
Nostræ uirtutis memores dies omnes.
Sed age nunc eamus, iam enim perstitit maxime,
Dies uerum fortasse tibi olim uesper deterior erit.
Ite ad domicilia ut paremus epulum.
Sic fatus, ingressus est domos bene habitatas.
Statim autem intro profectus est, cum ministris aūt sedebat.

De fractione panis.

Sed cum iam cœnatio erat, & aduenit tempus,

Oabat. hi uero simul omnes ibidem sederunt silentio
Panemq; salubrem capiens pulchro ex canistro
Manibus confringens, ualde orabat manus tendens
Dedit autem sociis, & ipsos uerbo allocutus est
Cibum attingite, & letamini, uerum postea
Partes diuidentes, epulabantur gloriosum epulum
Atq; poculum pulchrum quod ipsi palmæ congruebat,
Ambrosia implens miscuit nectar rubrum
Orabat autem assurgens medio septo, libauit autem uinum
Cœlum aspiciens, & locutus uerbum dicebat,
In meũ sanguinem bibentes non hallucinátur in animo
Immortales autem fuerint & insenescentes dies omnes
Semper igitur debeatis insenescentesq; ĩmortalesq;
Viuere, neq; uiris inesse, sed immortalibus
Vestrum autem uiro unicuiq; mandans hæc dico
Quicũque in domibus pretiosum ardens uinum
Semper bibitis meis, audietis cantum
Qui audax & impudens est mendicator.
Sed agite edite edulium, & bibite uinum
Immortale, mei memores dies omnes
Hanc mentem & animum in pectoribus habentes.
Rursus autem uerbis respondens allocutus est
Papæ: sic est superbos inter uos
Epulari placidum & oblectari quietum
E uobis enim aiunt mala esse. est enim intus
Qui aliud quidem tegit in mentibus, aliud aũt dixerit
Mercedem ad dictam id autem peius si capiatur
Stultus igitur ille, & nihil existit uir
Fatale est deoque & uiro ualde domari
Sed hic grauis mœror cor & animum accedit
Cum iam similem uir uoluerit obscurare
Sine gente, sine iure sine penatibus est ille.
Vtinam debuisset sterilisque esse innuptusque perire
Quam sic damnum esse & despectum aliorum
Non enim ego hoc dico deteriorem mortalem alium.
Ille autem rursus obscurus uir quem existimo ipse

82

Sedebat enim inter ministros carum cruciatus animum
Qui mala multa faciebat, quot non uniuersi alii.
Miser, qui contentionem mouit malam secundo rursus
Efficiens magnum opus, quod nunq̄ sperabat animo.
Hos autem rursus affatus est a deo auditus deiformis,
Ne ulterius nunc molestis respondete uerbis,
Atq; alii indignamini, qui talia faciat.
Sed mihi edere & bibere ut antea,
Et uerbis oblectamini, decentia enim edisseram,
Sic fatus est, hi uero omnes superbe indignati sunt.
Et quippe quidem ulterius adhuc contentio fit utrisq;.

De Lotore.

Sic hi quidem circa cœnam in domibus laborabant
Verum postq̄ festinauit laborans hæc opera
Hos hic conuocans, prudens struxit consilium.
Qui ipsi honoratissimi & amicissimi erant sociorum
Hi quidem trepidarunt, & reuerentes regem
Stetere, neq; qdq̄ ipsum alloquebantur, neq; interogabant.
Verum hic nouit suis in mentibus, dixitque,
Audite amici, nec qcq̄ animo admiremini singuli.
Iam enim me animus ruit ut redeam
Nunc autem prope mihi mors mala, neq; seorsum
Neque fomentum. quippe enim iandiu hoc carum fuisset
Patriq; meo & mihi, nunc autem oportet ferre tamen.
Sic fatus est, hi uero omnes mute extiterunt silentio
Verbum admirati, ualde enim robuste contionatus est.
Cum autem sol occidit, & tenebræ accesserunt
Horum pedes abluebat, aquam autem infudit multam
Et ipsis mœror in animo fiebat lauantibus se
Lauit autem ipse manus, hausitq; ardens uinum
Iucundum, incorruptum, diuinum potum, neq; quis ipsum
Nouit ante ui orum pulchreq; cinctarum mulierum.
Hoc quippe & præmium ueluti miseris mortalibus
Eum qui biberet dulce uinum rubrum
Neq; quicq̄ lædi inest timor, neque perire,
Qui biberit, & primum transierit septū dentium

Verum postq̃ deditq; & ebiberunt, statim deinde
Sermonibus oblectabantur inter se loquentes.
His autem & interlocutus est a deo auditus deiformis,
O amici, uiri este, & fortem animum accipite
In uicem uereamini in forti pugna
Qualesq; antea eratis inter uiros, uel & meliores
Ferte amici, & me solum linquite dolentes licet.
Non dum aperte scimus quomodo erunt hæ res.
Quippe hic rabidus flammæ similis dux est
Qui meum sanguinem bibens quamuis, hallucinatur ĩ animo
Crudelis, & infidus uir hic, non misericors.
Sed mala sentiens, coniectatur utrisque
Animum a membris ingredi domum inferni intus.

De proditore Iuda.

Quippe hic sic fatus considebat his autem assurrexit
Qui uerba mentibus suis incomposita, multaque nouerat.
Scalam autem excelsam descendit domus.
Iratus. ira autem ualde mentes circum nigræ
Implebantur. oculi aũt ei igni splendenti assimilati erant,
Neque qcq̃ nouit intelligere simul ante, & retro.
Infans, neque hoc nouerat, quod passurus erat.
Immitis, neque curat amicitiam sociorum.
Sed semper grauis supra omnes erat ministros,
Qui quidem animo erat malus, sed celeripes
Sciens diuersos dolos, & consilia callida.
Edens & bibens, adhuc & adiacebat mensa.
Verum hic cogitabat manens, q̃ audacissimum faceret
Iratus suis mentibus, & iurauit ualidum iusiurandum.
Senatum autem primum magnanimorum locauit senum
Ipse autem in uerticibus sedit gloria exultans
Hos ualde conuitiabatur iracundis uerbis
Compellebat autem singulos obiens uerbis.
Quidnam trepidantes abstitistis? expectatis q; alios?
Quo igitur fœderaque & iuramenta cedent uobis?
Mentiti pugnamus, quare non perfecto lucrosius nobis
Spero perfectum iri, si non faciamus sic

In igne quippe consilia acta fuerint, cosultaque uirorum.
Rursus enim uerbis contendimus, neque aliquod remedium
Inuenire possumus multum tempus hic existentes,
Sed uos quidem omnes aqua & terra fiatis
Sedentes illic singuli exanimes, inglorii omnes.
Turpe quidem, diuque manere, inanemque reuerti.
Sed oportet & meum ponere laborem non imperfectum
Pro deum, ut hic omnibus carus & honoratus est,
Quare multisque & fortibus imperat
Qui me in infectas contentiones, & lites iniicit.
Ipse quidem enim sciens consilioque menteque.
Sed age iam mihi omnes iurate ualidum iuramentum,
Si illum quidem uideam deuenientem infernum intra
Vel ut neque nomen ipsius in hominibus relinquatur,
Dicerem mentem iniucundi mœroris oblitam esse.
Sic fatus est. hi uero statim iurarunt ut iussit.
Verum postquã iuraruntque perfecereque iuramentum,
Statim præconibus uocalibus mandarunt
Hi quidem excantabant. illi uero congregabantur ualde cito.
Sic fatus, hos quidem liquit illic, iuit autem ad alios,
Vocatim in contionem uocans uiros singulos
Neque clamans, ipse autem inter primos laborabat
Speculatores autem ad specula compulit ire,
Ne lateret rursus iens per noctem nigram
Procul in campo, iuxta autem speculatorem locauit
Si cunde inueniret, ualde enim acer animus ceperat,
Verum hic uenit, ualde autem cito domos accessit regis
Cõmotus est autem ire ut leo montibus nutritus, qui indigus
Diu fuerit carnibus, iubet autem ipsum animus fortis
Oues tentantem, & in densam domum ire
Statim autem intro iuit, cumque ministris sedebat
Annuens capite, iam enim malum inspiciebat animo
Furebat autem stupende fretus ui, neque qcquam uerebatur
Viros, neq; deum, ualida autem ipsum rabies ingressa erat
Quare & perniciebus indecentem mortem insectatus est,
Tantus erat, multos autem rogo induxit molesto,

V erum postq̃ cœnauit & aptauit animum cibo
C œnatus, ut leoq; interemit bouem in præsepso
M ercedem ad statutam, hic uero significans mandauit
D iligenter, his autem malum mentibus placebat consilium,
Vt iam non debuisset uincere tale ob præmium.
T ale enim caput causa ipsius terra continuit,
S ed hic quidē perdidit populum pniciosum, piitq; ipse,

De nocte, in qua tradi/
tus est dominus.

Cum autem trifariam nox fuerit, sydera autem accesserit
Rursus quidem uerbis respondens allocutus est,
Qui omnibus mortalibus, & immortalibus imperat,
A udite mea uerba mala licet patientes socii
Viri unius impulsu, hic autem furit non amplius tolerande
P rope hic uolutat. nunc existimo extrema futura
M iser, semper peccator, meorum animorum repressor
F erus, neq; iura bene sciens, neque leges diuinas
Qualis illius animus superbus & īmitis,
E t ualde hic quidem robur, animumque perdiderit
I nfectiq; uiri prope sedent, neque quicq̃ scimus
N equid malum faciant, & nos abigant.
Valde enim multi & tremebundi dies omnes.
N os autem consideremus quo pacto erunt hæ res.
Qualia uideo actores perniciosa machinantes
H i autem in foribus sedentes, fabulantur,
S ed si mihi quid pareatis, hoc multo lucrosius est,
E t custodiæ memineritis, & uigilate singuli
N octem per ambrosiam, & insomnes uos facite,
E t ualde uexati. necessitas enim urget
S ic nunc cari filii seruate, neq; aliquem somnus
I nexcitabilis, iucundissimus, morti proxime similis
C apiat, ne gaudium fiamus hostibus.
S ed quippe in nocte seruemus nos ipsos.
T alis omnibus animus in pectoribus fiat
C ircum ualde consyderate amici, iubeo enim ego
P recari, omnes autem dei indigent homines.

Bonum deo manus tendere, si misereatur
Moueamini deinceps dextere omnes socii.
Neq; aliis inficietur, uocate autem diuinum cantorem
Sed agite manete nunc quidem mihi placidi socii.
Verum ego, ualida autem mihi extitit necessitas.
Inq; mihi cor magnum pectoribus pulsat.
Vos autem ministri continete animum minis
Et manibus, ne aliqua contentio & seditio suscitetur.
Sed age ne amplius iam mala facite insensi
Animum in pectoribus carum domantes necessitate
O amici, iam quidem ego dixerim & uobis
Qui sustinuerit, sibique ipsi gloriam tulerit,
Lachrymans autem socios prope sedebat seorsum profectus.
Huius autem cõmouebatur animus, per nares aũt ipsi iam
Acris furor uerberabat carum patrem aspicienti
Stetit autem medio in certamine, multus aũt emanauit sudor.
Multum autem patrem carum supplicauit manus porrigens

De domini præcatione.

O pater, non indignaris uidens hæc potentia opera,
Quale quidem uiris gratificare contumeliosis
Quiq; me spernunt, & qui peccatores sunt
Qui magnum opus effecere perniciebus malis.
Nunc rursus filium dilectum occidere cupiere
Qui tibi hostes & insensi prope sunt
Qui bene q́dem locuntur, male autem retro sapiunt.
Sed tu si potes contine filium tuum
Si uere tuus sum, pater autem meus diceris esse,
Si autem sic hoc est, mihi debet carum esse,
Subibo ad infernum, & in mortuis apparebo
Verum ego his lucem omnibus præbebo
Statim autem ueniam rursus cum his' bene opem tulero,
Si tu tuo animo uis iubeo enim ego
Iacebo postq̃ mortuus fuero, nũc autẽ gloriã optimã ceperim
Nunc autem etiam magis cogito mentibus honorari.
Sed pater propitiare, da autem mihi gloriam bonam.
Et tunc utiq; nuntius uenit a cœlo sydereo

Vi & robore implens mentes circum nigras
S tatim, autem ministros adiit æquus deo uir.
H i uero dormitum iuere in domum, neq; ulterius dintius
S ederant, quoniam ipsis somnus in superciliis cadebat.
Rursus autem uerbis respondens dixit
N e amplius nunc dormientes decerpatis dulcem somnum,
N on oportet tota nocte dormire consultum uirum,
Sed eamus, ualde enim nox perficit prope autem aurora,
E amus, sed adhuc retro immodicus labor est
M ultus & difficilis, quem me oportet omnem perficere.
S ic fatus est, his autem gratum uisum est sopiri,
E t tunc genis prorupit iucundus somnus.

De proditione.

Nondum omne dictum erat uerbum, cum uenerunt ipsi
B ona dicentes, mala autem mentibus agitabant.
I pse autem inter primos ualde superbiens processerat,
Qui mala multa faciebat, quot non uniuersi alii,
V t autem uidit, sic ipsum subiit ira, ipsi autem oculi
C ruenti extitere, grauis autem in aspectu uideri.
V erum hic retro recedebat, clamauit autem socios
V enerunt deinde quot folia & flores fiunt uere,
A rma in manibus habentes ænea, conatus artis,
S tulti agrestes mortalia sapientes
M endacesq;, saltatoresq;, saltationibus optimi
M iseri, neq; iustitias bene scientes, neq; iura.
N eq; deum ueriti sunt, qui cœlum latum habeat
N eq; aliquem hominum indignationem retro posuerunt.
Quorum contumeliaq; uisq;, ferreum cœlum iuit
E untibus simul, ualde audax corde esset
Qui tunc lætaretur aspiciens laborem, neq; doleret.
N eq; si ipsi cor quidem ferreum intus esset.
C irca ipsum autem actores superbi congregabantur
H i autem contumeliæ cedentes, sequuti robur suum
P opulis desuper freti, atque uiolentiis,
N octem per obscuram, cum dormiunt mortales alii,
S teterunt ardentes faculas in manibus habentes.

S teterunt autem circum ipsum profecti collecti aliunde alius
F acere opera uiolenta malignitatibus mentis
I ucundum ridentes,& salutabant uerbis
G raue aspicientes,stupor autem habebat uidentes
C upientes occidere,iam enim irati erant nimium
Fraudator,qui quidem multa mala hominibus fecerat
H uius enim & illi maleficii perierunt
S ed nec sic aliquem debebat educere læsione.
N ōdum enim uidi,neq; audiui clamantem
V irum unum tot mala in die consultasse
V t autem draco in nido agrestis uirum expectat
D euoratis malis uenenis,subiitq; ipsum ira grauis
H orrendum autem aspexit conuolutus circa lustrum
S ic hic inextinctum habens animum,non recedebat.
S ed ille quidem,sic pereat deus autem ipsum soluat
H is aūt & interfatus est a deo auditus deiformis,
Quo animati estis,quid uobis in mentibus insanit animus.?
D icite quo pacto uos cor animusq; iubet
S i autem iam me ipsum occidere cupitis ferro
A tq; hoc uellem,atq; longe lucrosius esset
M ori,quam hæc semper indecentia gesta uidere
E t tunc iam retro affatus est dolosis uerbis
Qui mala multa faciebat quot non omnes alii
P rofectus cum pluribus,quod ei & grauius erit
P tosiluitq; in medium,stupor autem habuit uidentes
P errexit autem per propugnatores sui similis robore
A pro,qui in montibus canes uigentesq; iuuenes
F acile disiecit,fugiens per conuallem
F t ipsi muscæ fiduciam in pectoribus īmisit,
Quæ & prohibita ualde corpore uirili
C upit mordere,iucundusq; ei sanguis hominis
Quousq; ipsum alloquatur respondens uerbis
O sculatus autem est ipsum applicitus insiliens,atq; alloquebat
B landis uerbis,mens autem illi alia cogitabat
O amice,quoniam te primum offendo hoc in loco
S alueq;,& ne mihi aliquid mala mente occurreris

At uero tibi ipsi animus in mentibus placidus sit
Noui autem quod tu quidem bonus, ego uero te lõge deterior
